



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

82 Civitas & locus, ubi Romani Pontificis electio est facienda, quando
interdicti poenam incurrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

intentas non porrigunt ad divina, *c. dolentes, de celebr. Miss.*

- 79 Interdictum ¶ verò est censura ecclesiastica, qua prohibentur divina officia, sacramenta, & sepulture active, & passive, aliquibus exceptis, *cap. non est vobis, de sponsal. cap. quod in te, de pœnitent. & remiss. cap. alma mater de sentent. excommunicat. in 6. Navar. in Manual. cap. 27. numer. 164. in princip. tom. 3. & Graff. decis. aur. cap. 26. num. 1. lib. 4. par. 1.*
- Et est duplex locale, & personale; & hoc interdictum locale, sive personale, est etiam duplex; speciale, & generale, de quibus per Graff. *ead. c. 26. n. 2. & 3. & 2*
- 80 Primò, ¶ quando dominus Regni, civitatis, alicujus loci impedit, ne Legatus, aut Nuntius Apostolicus exequi possit officium suum in suis locis: quia tunc eius Regnum, civitas, & quælibet loca ei subiecta, tamdiu sunt eo ipso ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in hujusmodi contumacia dominus loci perstiterit, *ut in extravag. comm. super gentes de consuet.*
- 81 Secundò, ¶ qui quemvis Episcopum injuriosè, vel temerè percussit, aut ceperit, seu banniverit, vel hæc mandaverit fieri, aut facta ab aliis rata habuerit; vel socius in his fuerit facientis, aut consilium in his dederit, vel favorem, seu scienter defensaverit eundem: propter eius culpam terra ipsius; dum tamen ultra unam diœcesim non contineat, usque ad condignam satisfactionem eiusdem. loculque, aut loca, in quibus captus Episcopus detinebitur, quamdiu detentio ipsa in eisdem duraverit, ecclesiastico subjacere debet

interdicto, *clemen. 1. de pœn. & ipsius filii per masculinam lineam descendentes, usque ad secundam generationem ipso facto inhabiles ad ecclesiastica beneficia in civitate, & diœcesi, in quibus idem Episcopus præsidet, obtinenda redduntur, ut in *ca. clē. à feudis*. Injuria enim, quæ Episcopis fit, Christo fit, cujus legatione funguntur, *c. accusatio quoque in fin. 2. q. 7.* Dominumque crucifigunt, qui suos sacerdotes persequuntur, *cap. nulli, in fin. 3. q. 1.* & etiam in excommunicationis sententiam in Bull. Cæn. Dom. contentam ipso facto incidunt, *ut in eadem Bull. sub. num. 11.**

82 Tertiò, ¶ quando aliquis dominus, rector, vel officialis civitatis, in qua moriatur summus Pontifex; & in qua facienda sit electio Romani Pontificis, *ut in c. ubi periculum, de elect. in 6.* non faciunt ea inviolabiliter observari, absq; ulla fraude, & dolo, quæ *in d. c. ubi*, sunt statuta, quia tunc civitas, & locus ipso facto est interdictus, *ut in eo. c. ubi periculū, §. præterea vers. civitas.* Et de his, ac pluribus aliis casibus quib⁹ incurritur, & fertur interdictū plenè, ac benè trad. Greg. Sayr. *in Ehes. cas. cons. c. 12. lib. 5. par. 1.* Et licet non debeat aliquis alterius culpa gravari, *cap. nam debet, de reg. jur. in 6.* ¶ Nec filius excommunicetur pro peccato patris, aut pro mariti peccato uxor, nec servus pro domino, *cap. si habes, 24. q. 3. cap. quæsit in fin. de his, quæ s. à mayo. par. c. & Felyn. in cap. sanè, 2. numer. 2. de off. deleg.* Non tamen procedit dicta ¶ regula in interdicto: quia pro delicto Principis potest patria subijci interdicto, *d. cap. non est vobis, & ibi glo. ver. Provinciarum, & Abb. numer. 4. de spons. d. cap. sanè, & ibi gloss. in ver.*